

Paulatin, ac suaviter res disponenda.

Domini mansuetudo. Contemptus non contemnit sed salutem quarit.

117.

Quatuor proponit Dominus in hac responsione, cognitionem mulieris circa donum Dei; circa loquentem petitionem eius; ad donum Dei largitatem. Si scires donum Dei; ecce primum; hoc est, si agnosceres o mulier, eximium, excellentisque donum, quod tibi Deus hodie concessit, ut loquaris, & tecum habeas modo filium Dei incarnatum. Et quis est, qui dicit tibi; Da mihi bibere. Ecce secundum, & magis explicando donum concessum mulieri, quod ipsemet filius Dei a te petat aquam. Ac proinde sensus est si scires donum Dei, quod Messias, omnium desideratus, tibi sit praesens; nam ex praesentia Dei omnia bona redundant: & quod ipse a te petat aquam, nam petit, non ut accipiat, sed ut in duplo reddat. Carthusianus, Si scires, inquit, donum Dei, id est misericordiam, & gratiam, qua tibi nunc offertur per hoc, quod filius Dei petit a te potum; nempe qui Christo aliquid das: potius recipit beneficium, quam impendit. Et ait Salvator: Si scires, quia maxime interest ad nostram salutem, ut divina beneficia agnoscamus: nam solus ille qui agnoscit, proficit. Deinde, ut agnoscamus, quantum lucratur, dum Deus a nobis aliquid per pauperes exigit: & quia multi hoc non intelligunt, claudunt viscera sua ab egenis.

Prasentia Dei magni donum.

Carthus.

Cognitio divinum beneficiorum valde necessaria.

118.

Proponitur tertium: Tu forsitan petisses ab eo. Illud forsitan appositum est non dubitando, sed ob nostram libertatem, ut advertunt Albertus Magnus, Divus Thomas, Divus Bonaventura, Hugo, Cajetanus, & alii. In Graeco est, utique. Si petisses ab eo, qui, ut ait Jacobus 1. n. 5. dat omnibus assuenter, & non improperat. Et ait Dominus: Tu petisses ab eo. Assignantur, tanquam medium requisitum, petitio, & oratio, sine qua nec conjunctissimi cum Domino donum consequuntur. Origenes: Quasi, ait, dogma quoddam est, neminem accipere donum ex non quaerentibus illud: ipsum autem Salvatorem jubet Pater postulare, ut det illi, secundum illud Psalm. 2. Postula a me, & dabo tibi genes. Et subdit: Persuadetur Samaritana, ut a Jesu aquam petat. Tantum exigitur nostra oratio ad Deum, ut nec filius a patre impetret, quin postulet. Et ideo persuadetur Samaritanae ut petat. Snaeco tibi emere a me aurum, Apoc. 3. n. 8. Deditsem tibi. Et est quartum, ubi largitas Dei visitur. Si petisses, nulla interposita mora deditsem; & non negarem tibi, ut tu mihi negasti aquam: nam tu ut mulier, negasti ego, ut Deus largiar. Et ait Dominus: Deditsem aquam vivam; scilicet Spiritum sanctum, qui per Christum datur; hoc est, ut explicat Albertus Magnus, effectum vitae facientem. Et tantam aquam pollicetur Dominus, ut duritiam mulieris emolliat, ac eam facilius alliciat: nam proposito premio prompte movetur animus, ac mitescit. Et ait Christus Dominus, Aquam vivam. D. August. tract. 15. in Ioan. Euth. Theoph. inquit, quod aqua viva non dicitur illa quae est in lacunis, & cisternis, sed quae scaturiens exit, & fluit. Talis, ait Theoph. dicitur gratia Spiritus sancti semper agilem ad bonum facit animam, ascensiones semper disponemem. Vel quia, sicut aqua viva per omnium agros; ita gratia caelestis per omnes diffunditur.

Albert Mag. D. Thom. Bonavent. Hugo. Cajet. Jacob. 1.

Origen.

Psalm. 2.

Oratio modicum necessarium ad impetrandum.

Apoc. 3.

Alb. Mag.

Præmio movetur anima. August. Euthym. Theoph. Gratia facit hominem agilem.

QUESTIO XVII.

Quare Christus Dominus non explicet quid, & quale sit hoc donum Dei, de quo loquitur?

Ait Christus Dominus, Si scires donum Dei; & non explicat, quid sit hoc donum. In cujus rei expositione triplex est sententia. Prima, & probabilior quam secutus sum in expositione, & tradunt Hugo, Toletus, Cajetanus, se ipsum per donum intelligit, nempe quod filius Dei incarnatus, qui est donum per antonomasiam, & a Patre datus hominibus, juxta illud: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret; tecum hic sit, & loquatur. Ubi Dominus insinuat se esse donum datum a Deo; & esse Deum, dum ait: Qui dicit tibi: Da mihi bibere: petisses ab eo, & deditsem tibi aquam vivam. Solus enim Deus, ut notat Chrysol. hom. 30. potest dare aquam vivam gratiae spiritualis. Si ergo de se ait explicite, quod potest dare aquam vivam, cur etiam de se non manifeste ait, quod sit Deus, & tanquam donum supernaturale datum hominibus; sed tantum ait: Si scires, qui dicit tibi: Hoc est divinum ingenium Christi Domini, quod magna sua, non verbis, sed operibus manifestet, atque declaret. Admirabile arcanae divinitatis suae aperit non locutione, ac sermone, sed caelesti dono divinae gratiae, quam promittit, & confert. Vide supra c. 3. n. 167.

Secundam explicationem dat Rupert, Si scires, ait, qui est, qui dicit tibi: Da mihi bibere, id est, Rupert, qualis est essentia eius, quantum a ceteris mortalibus differt; quia non filius hominis tantum, sed filius Dei est. Et est sensus. Si scires Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, si audisses nominis eius Evangelium, tu forsitan crederes in eum, & petisses aquam vivam; hoc est, baptismatis. Ac proinde juxta hanc sententiam, donum Dei est scire Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, cujus invocatione Baptismus confertur, quo a peccatis mundamur. Vel aliter dic: Singulare beneficium est cognoscere eum, qui dicit tibi: Da mihi bibere; quis est, quod non tantum homo, sed Deus sit: & quale sit sanctissimum nomen eius Jesus. Si audisset nomine eius Evangelium; nam hoc dulcissimum nomen solum in Evangelio auditur: magnum enim Dei donum est, hoc admirabile nomen scire, & invocare illud, ut aquam vivam caelestis gratiae impetremus. Tantum ergo donum, ac nomen Christus Dominus de se non manifestat, sed discipulis divulgandum remittit. Tertia

119.

Hugo. Tolet. Cajetanus.

Christus Dominus.

Chrysol.

Christus magna sua operibus.

120.

Rupert.

Magnum donum, scire invocare nomen Jesu.

221. August. Athanas. Remigius. Rupert. Ammon. Alber. Mag. D. Thom. Bonavent. Beda. Ericus. Ioan. 7.

Cytil.

Albert. Mag.

In Spiritu Dei omnia verè donantur.

D. Thom. Matth. 7.

Luc. 11.

122. Marc. 11. Ezech. 47.

Bona mundi deficiunt, bona verè gratia perpetè vident, & fiorent.

Hieron.

Tertia expositio multorum Patrum, Divi Augustini tractat. 15. in Ioan. Divi Athanasii lib. de Inca nat. Divi Remigij in cap. 1. ad Roman. Ruperti, Ammonii, Alberti Magni, Divi Thomae, Divi Bonaventurae, Bedae, Ercii, & multorum, qui per donum Dei intelligunt Spiritum sanctum. Ut sit sensus: Si scires, ingens donum Spiritus sancti in aquis significatum. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aqua viva. Hoc autem dixit de Spiritu quem accipere erant, Joan. 7. num. 38. tu hoc donum petisses a me, & ego illud dedissem tibi. D. Cyrillus lib. 2. cap. 82. per hoc donum intelligit divini Spiritus dona. Ac si diceret: Si scires magnitudinem donorum, quae preparavit Deus hominibus, & me esse eorum datorem; ut petisses, & dedissem tibi alia dona. Tamen Christus Dominus non explicat haec dona, Quia; ut inquit Albertus Magnus, divinus Spiritus est donum, in quo omnia verè donantur. Dum ergo Christus Dominus dicit donum Dei, divinus Spiritus significatur, quia ipse est donum Dei, ut docet D. Thom. 1. part. quaest. 38. art. 2. Et in ipso solo omnia verè donantur. Ait Christus Dominus, Matth. 7. n. 11. Pater vester dabit bona petentibus se. Eandem historiam scribens Lucas, cap. 11. n. 9. Pater vester dabit spiritum bonum, scilicet sanctum, petentibus se. Et recte, dum dicitur, dabit spiritum; dantur omnia bona; & omnia dona ab ipso proficiunt, & extra ipsum nihil est. Venit Dominus ad siculneam in Israël, & non invenit in ea ficus, Marc. 11. num. 13. Vidit Ezechiel arborem cap. 47. num. 12. de qua ait: Et super torrentem orietur in ripis ejus ex utraque parte lignum pomiferum, non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus ejus; per singulos menses afferet primitiva; quia aqua ejus de Sanctuario egredietur. Maxime discriminatur arbor Israël, & lignum Ezechielis, nam siculnea Israël pro aliquo est tempore fructum daret, tamen majori parte, meliorique occasione denudata fructu apparebat, ex quo in maledictionem incurrit. At lignum Ezechielis per omne tempus foliis exornabatur, & per omnes anni menses fructibus primitivis abundabat. Sed unde tam ferax, ac fecunda extitit arbor, ipse Propheta enarrat. Quia aqua ejus de Sanctuario egredietur. Irrigatur arbor aquis divinae gratiae, fluentibus a Sanctuario divinitatis. Non ergo mirum, quod arbor per omne tempus foliis, ac fructu conspicua appareat. D. Hieron. Ne putemus, ait, riparum esse, vel arborum; aut mensium tantarum frugum abundantiam; reddit causas ubertatis: & infert: Quia aqua ejus de Sanctuario egredietur. Et ait Propheta: Per singulos menses afferet primitiva; quae sunt excellentiora, & suaviora poma; quia omne excellens, & suave in donis divinae gratiae reconditur.

QUESTIO XVIII.

Quid Christus Dominus per aquam vivam intelligat?

Quatuor sunt sententiae in hac materia: Prima, quam tenent Ammonius, Origenes, tom. 3. in Ioannem Basilium in Psalm. 28. Sylveira in Evang. Tom. 11.

123. Ammon. Origen. Basil. Theodor.

Theodoretus in 1. Psalm. intelligit per aquam vivam sacram doctrinam, quae in Evangelio continetur; cujus caelestibus documentis anima irrigatur, ac sterilitas ignorantiae & incredulitatis excluditur. Sed haec interpretatio non multum facit ad praesens; non doctrinam, sed supernaturale donum Christus Dominus Samaritanae promittebat.

Secundam interpretationem dant D. Cyprianus epist. 36. Divus Ambrosius serm. 31. qui per aquam vivam, baptismales aquas volunt intelligere. Explicatio est probabilis. Tamen contra eam militat, quia quamvis Baptismus sit aqua viva, Christus videtur aliud hic inuovere. Nam Dominus pollicetur Samaritanae, ut advertit Toletus annot. 9. aquam vivam, si cognosceret donum Dei, & si sciret quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere; & tamen mulier postea lumine divini Spiritus illustrata agnoscendo ipsum donum Dei, & quis erat; qui cum ea loquebatur, secundum Christi promissionem accepit aquam vivam, quin baptismalem obtinuerit aquam, siquidem tunc baptizata non fuit; licet postea fuerit. Ergo per aquam vivam non intelligitur hoc loco aqua Baptismi, sed gratia Spiritus sancti quae tunc in muliere diffusa est.

Tertia hujus rei intelligentia est Divi Cyrilli lib. 2. cap. 82. & 83. Theophylacti, Alberti Magni, Divi Thomae, Divi Bonaventurae, qui omnes per aquam vivam intelligunt gratiam Spiritus sancti. Et ita ait eleganter D. Cyrillus Aquam vivam appellat Christus vivificantem Spiritus sancti gratiam, per quam humana natura ab ariditate, infirmitateque ad pristinam pulchritudinem, ac viriditatem irrigata recurrit, magno virtutum numero florens, & charitate erga Deum suavissimos fructus producat. Cardinalis Hugo, Aquam vivam dicit Spiritus sancti gratiam, abluentem a peccatis refrigerantem a concupiscentiis, fecundantem in operibus bonis, vivificantem in virtute, regenerantem in spem vitam aeternam.

Quarta explicatio parum differens a superiori, est Divi Athanasii lib. de Incarnat. Divi Basilij in Psalm. 45. in illud, Fluminis impetus laetificat, Divi Hieronymi in Isaiæ c. 55. Divi Chrysol. hom. 30. Divi Augustini tractat. 15. in Ioan. D. Ambrosij lib. 1. de Spiritu sancto, cap. 19. & 20. Carthusiani, qui omnes per aquam vivam exprimunt ipsammet Spiritum sanctum, prout communicat animae gratiam, & sua dona. Et ita haec sententia includit superiorem, & addit amplius dona Spiritus sancti qui per aquam etiam significatur, ut nobis Christus expressit Joan. 7. n. 38. Qui credit in me flumina de ventre ejus fluent aqua viva. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accipere erant credentes in ipsum. Stabit haec interpretatio ex verbis Christi Domini infra n. 14. Aqua, quam ego dabo ei fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Aqua ergo, quam Christus pollicetur sit in nobis fons; fons autem gratiae, & omnium donorum, per quae homo producit in vitam aeternam, est divinus Spiritus.

Et eleganter divinus Spiritus per appropriationem aqua viva nuncupatur, nam sicut aqua irrigat plantas, juxta earum naturam, & qualitatem sese illis accommodando, ut in micro, ac diversos flores, ac fructus pullulare faciat; ita caelestis ros divini Spiritus attemperat in cordibus nostris diffunditur, ut varios effectus operetur.

124. Cyprian. Ambros. Aquam vivam baptisimus.

Tolet.

125. Cyrill. Theoph. Alb. Magn. D. Thom. Bonavent. Cyrill.

Hugo. Miri effectus.

126. Athanas. Basil. Hieron. Chrysol. August. Ambros. Carthus. Divinus Spiritus aqua viva.

Joan. 7.

127.

Divinus Spiritus varios effectus.

Euthym.

O. 2. Euthymius.

Euthym.

Euthymius: Sicut aqua, ait, de celo descendens nutrit, ac vivificat, cumque unius speciei, sit vario modo operatur; dealbens in lilio, denigrans in narcisso, rubricans in rosa, purpurissans in viola, dulcorans in ficu, amaricans in absinthio: ita divinus quoque Spiritus de celo descendens nutrit, ac vivificat animam; cumque unus sit, variis operationibus gratiam dividit, ac virtutum. Nec enim aqua eodem colore, odore, ac virtute flores germinare facit, nec divinus Spiritus eisdem effectus in quolibet producit, sed prout uniuscujusque conditio, ac exigentia postulat. Et hac ratione divinus Spiritus a Christo hic vocatur aqua; & tamen a Baptista dicitur ignis. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni. Luc. 3. n. 16.

Divinus spiritus indigentia nostra se accommodat.

Luc. 3.

Spiritus ignis, & aqua ut nobis artemperetur.

Chrysof.

Chrysof. Spiritus sancti gratiam, ait, nunc ignem, nunc aquam Scriptura appellat, ut non substantia, sed operationis has intelligentias esse demonstrat. Ita spiritum ignem appellat, ut excitamentum, & fervorem gratie, & peccatorum absorptionem significet: aquam autem, ut ablationem, & refrigerium, quibus ipsum accipientes animi fruuntur.

128. Genes. 43.

Lycan. Rabanus. Ager Ecclesie omnibus se accommodat ut pastum det.

Gregor.

Benedicens Isaac Jacob filio suo, Gen. 27. n. 27: ait: Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Deus. Det tibi Deus de rore cali. Loquitur de Ecclesia Dei, ut docent Lycan. & Rab. quæ est ager varietate florum valde conspicuus, divinitate arborum maximè fertilis, utpote impinguatus rore divini Spiritus, ut nullus hoc in agro fastidiat, sed ut diversitate pomorum, prout sua necessitas exigit, abundet. Accipe D. Greg. hom. 6. in Ezech. Ager est hic mundus, inquit, in Evangelio Veritas ait; & quia Ecclesia per electos suos in universo mundo virtutibus redolet, odor filii odor est agri pleni. Aliter namque olet flos vicia, quia magna est virtus, & opinio predicatorum, qui inebriant mentes audientium: aliter flos olive, quia suave opus misericordie, quia more olei refolvit, & lucet: aliter flos rose, quia mira est fragrantia quæ rutilat, & redolet ex cruce Martyrum: aliter flos lilii, quia candida vita carnis est de incorruptione virginis: aliter flos viole, quia magna virtus humilitatis. Et concludit S. D. Sed quia ager hic has virtutes ex se ipso non habet adjungitur, cui benedixit Deus.

Ioan. 4. n. 11. Dixit ei mulier: Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus est: unde ergo habet aquam vivam.

EXPOSITIO.

Syriacus.

Dicit ei mulier illa: Domine mi, situlam non habes, & puteus profundus est: unde tibi sunt aquæ vivæ.

Pagnin. Græc. Neque hauriam habes, D. Aug. tr. 15. Neque hauritorium habes. in Ioan.

EXPOSITIO.

Mulier, quamvis adhuc carnalis tamen Christi doctrina jam proficiebat, ut notant D. Chrysof. Euth. Theoph. & Beda; & quam antea Judæum dixerat, Quomodo tu, Judæus cum sis; jam Dominum appellat. Cognovit enim ex majestate vultus, gravitate verborum, magnitudine pollicitationis, non vulgare esse hominem, sed valde magnum. Nam dixerat: Si scires, quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere; tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam, quia vidit tam magna promittere. Alb. Magn. notat, reverenter Dominum appellavit. Neque in quo haurias habes; considerabat mulier, quod Christus Dominus non habebat instrumentum hauriendum cum fovea, & quamvis ipsa mulier secum aporteret, tamen ut notant Chrysof. Albert. Magn. Non coarctantur Judæi Samaritanis; ideo fecit mulier quod sua hydria non hauriret Christi aquam, nam Judæi evitabant Samaritanorum vas, ut immunda, ut jam dixi. Puteus altus est, Græci omnes, Syriac. Pagn. Varab. Theop. habent, Profundus est, sed quoad sensum idem est, scilicet quod aqua maximè distabat à pectorali putei, ita ut dicat Rupert. lib. 4. in Ioan. quod puteus habebat in altitudine quadraginta cubitos. Beda, D. Thom. per altitudinem putei profunditatem mysterium sacræ Scripturæ intelligi volunt. Unde ergo habes aquam vivam? Ac si dicat: Hauritorium non habes; aqua non est ad manum, cum puteus sit altus. Unde ergo habes aquam? Hugo. Audierat mulier, quod Dominus posset dare aquam vivam & cum haberet materiam dicendi aliquid perversum: scilicet si haberes aquam vivam, non bibere à me peteres; hujusmodi nil tale fecit, sed benignè quærens, ambiguitatem suam exponit, dicens: Unde habes. Non iridet mulier de promissione, nec dixit: Si haberes, non à me peteres aquam. Sed mansuetè à principio per omnem sermonem respondit, ut notat Chrysof. Et ideo meruit audire, & doceri, Ad annuntiandum mansuetis misit me Dominus: Isai. 61. n. 1. Putat Cyrill. lib. 2. in Ioan. cap. 8. quod mulier existimaverit, quod Christus aliqua occulta arte ex alto puteo sine instrumento hauriret aquam; & ideo quærit, qua ratione hoc fieri possit.

Albert. Mag. Magna promissio sollicitat reverentiam. Chrysof. Albert. Mag.

Syriacus. Pagninus. Varab. Theoph. Rupert. Quanta putei altitudo. Beda. D. Thom.

Hugo. Mansuetè exultant in disciplina Chrysof.

Isai. 61. n. 1. Putat Cyrill. lib. 2. in Ioan. cap. 8. quod mulier existimaverit, quod Christus aliqua occulta arte ex alto puteo sine instrumento hauriret aquam; & ideo quærit, qua ratione hoc fieri possit.

Ioannis 4. n. 12. Nunquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij ejus, & pecora ejus.

VERSIONES.

Syriacus.

Is, qui dedit nobis puteum hunc, ipseque ex eo bibit, & filij ejus, ac ejus oves.

D. Chryf. apud Filij ejus, & nutritij ejus. Hugo. Card.

EXPOSITIO.

130.

PROMISERAT Dominus mulieri aquam vivam; ideo illa duo Christo objicit primo, quod non habeat instrumentum ad hauriendum, ut vidimus antecedenti versu. Alteram objectionem movet hic mulier: Quia, si tu hoc, in quo sumus, loco habes aquam vivam, quam promittis: eris major patre nostro Jacob. Appellat Jacob patrem suum, non origine carnis, sed religione, per quam Samaritani Deum Israël colebant in loco, in quo adoratus est à Jacob, ut advertit Cajetan. Qui dedit nobis puteum, ut erat constans fama, Et ipse ex eo bibit, & filij ejus, commendatur excellentia aquæ ex sua qualitate, quia ipse biberat ex ea, quod non fecisset, si meliorem haberet, ut notat Hugo, Quia, ut ait Albertus Magnus, tanquam bonus pater optimas aquas liberet filiis procurabat. Commendatur etiam aqua ex copia in pecorum pastu. Et pecora seu, ut ait Hugo ex Chryf. & nutritij ejus. Praelicitur forma boni Prælati, qui eodem potu, & obsonio, quo ipse utitur, oves suas pascit, subtilisque præbet, & largitur.

Cajetan.

Hugo. Albert. Mag. Pater meliora filiis procurat. Hugo. Chrysof. Bonus Prælati cibum quo nutur, dat suis.

QUESTIO XIX.

Quare mulier alienigena, & Samaritana appellat Jacob patrem suum.

131.

Samaritani, non à Judæis, sed ab Ethniciis originem trahunt; nam ut supra diximus, ex Assyria, seu Babylonia in Samariam fuerunt translati. Quærit præfens est: Quomodo Samaritana appellat Jacob patrem suum, cum revera non esset secundum carnem; dicit enim eum patrem nostram, scilicet Judæorum, & Samaritanorum.

Respondit primo D. August. tract. 15. in Ioan. D. Cyrillus lib. 2. c. 84. Beda, Thomas, Albert. Magnus, D. Bonav. Glossa. Quo mulier appellavit Jacob patrem suum; quia ejus religionem, ac cultum veri Dei se sequi putabat; nam Samaritani libros Moysi accipiebant. Secundo D. Chrysof. Euthymius, Theophylactus, Albertus Magnus. Animadvertit, ait Chryf. quomodo hac mulier se inserit in Judaicam nobilitatem. Nam, cum Samaritani, quamvis essent ex Chaldaea, Judæis tamè vicini, cum illisque essent commixti ex origine Judæorum gloriabantur, ac patrem suum dicebant Jacob. Semper enim ad nobiliorem profapiam suam omnes affectant reducere genus. Tertio Cardinalis Hugo, Euthymius. Quia Samaritani erant nati ex Chaldaea, ex qua etiam Abrahamus exiit, qui Chaldaeus erat, cujus nepos extiterat Jacob; ideo ob Chaldaeorum originem Samaritani Abraham, & Jacob parentes suos vocabant.

Hugo. Euthym.

Hugo. Nullus magis pater, quam qui beneficia præbet.

Tolet.

Quarto Hugo: Quia beneficia Jacob experti erant, cujus terram, & habitationem subintraverant. Nullus potiori jure pater nuncupatur, quam ille, à quo beneficia obtemus: cum ergo hæc haberent Samaritani à Jacob, hac de causa eum patrem suum appellabant. Quinto, Mulier prius exprobando dixerat, Tu Judæus cum sis; & modò, ut notat Toletus in Commentar. se quodammodo Judæam proficitur, cum à Jacob ducat genus Sylvæ in Evang. Tom. I. I.

habere, ut facilius alliciat Christum ad præstantum, quod optat: nil enim, nec invisum inimicorum sanguinem respicimus, dummodo desiderata impetremus.

Sexto Joseph. lib. 10. antiq. c. ult. ita ait: Samaritana pro præfenti semper conditione temporum mutabiles, quoties feliciter degere Judæos viderint, cognatos se eorum appellant, utpote à Joseph oriundos, & hac ratione sanguine illis conjuncti. Quando verò in rebus adversis eos aspiciunt; nihil ad se pertinere, aiunt, nec illis quidquam deberi benevolentie, cum ipsi ex longè remotis gentibus ea loca evernerint. Et fere idem repetit lib. 11. c. ult. Samaritani serviebant temporibus. Si Judæos in afflictione, ac oppressione videbant, veritatem dicendo, negant se esse eorum cognatos. At si opportunitas temporis Judæis benignè favebat, in eorum societatem statim se inferebant, ac ad eorum parentes genus suum deducebant. Et ideo Samaritana in præfenti, cum audisset, quod Christus habebat excellentissimam aquam, ut eum induceret ad dandam aquam, se illi conjunctam sanguine, ac origine proficitur, cum antea, quando eum, ut vulgarem hominem, fatigatum agnoverat, aquam ei denegaverit, tanquam Judæo, atque à gente Samaritana valde diverso.

Cum Jacob veniret de Mesopotamia ad patrem suum Isaac, & audisset, quod frater suus Esau adveniret ei obviam, misit ei nuntios, dicens: Habeo oves, & asinos, & oves, & servos, & ancillas misique nunc legationem ad Dominum meum, ut inveniam gratiam in conspectu tuo. Gen. 32. n. 5. Preme verbum, Mito nunc legationem. Cur modò, quàm diutissime venit, & non antea? quando gelu, æstuque ac dura servitute premebatur? Cur ad fratrem suum nuntios non destinavit, dum parat à Laban fugere, ut ei esset in auxilium? Sed modò, quando jam pericula evaserat, toramque terram magnis gregibus occupat. Mito nunc legationem, ut inveniam gratiam in conspectu tuo? Jacob destinabat legationem, ut amorem, & gratiam cum fratre Esau conciliaret: non ergo rempote pressuræ, sed abundantie, ac felicitatis, quædo servos, & ancillas possidebat, nuntios mittit, quia prosperitas sollicitaret, ac conjungeret amorem fraternum, quem adversitas disjungebat, ac odium odio cumulabat. Huc respicit D. Anton. Olyssip. serm. in Dom. 3. post Pentecost. Locuples Jacob legationem mittit in fratrem, ut gratiam inveniat.

Ioannis 4. n. 13. Respondit Jesus, & dixit ei: Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.

VERSIONES.

Omnis bibens ex aqua ista.

Quisque bibet ex aquis istis, iterum sitiet.

Quisquis autem biberit de aqua, quam ego dabo ei, nequam sitiet in æternum.